S. P. Nonis Decembris Divione a D. Saumairo missæ sunt
ad me ~~tuæ~~ lræ, Heidelbergæ datæ die Septemb. 24.
quib. significas te iampridem cupiuisse ad me scribere,
sed tn tabellariorū inopia, minus id præstare potuisse.
Vereor ego plurimū ne eadem mihi erga te excusa-
tione sit utendū: cū & longo inter nos interuallo
distemus, et rara sint inter vestros hoïes et nostros
comercia. Ne tamen, quā mihi ultro offers, amicitiā
aspernari viderer, nihil mihi potius fuit, quā
ut, hora una atq altera ~~hora~~ postquā tuas accepi,
tibi nulla mora respondendū putarem. Arrepto
igitur calamo has ad te scripsi, quas biduo post
Divionē ad D Saumairū mittendas curaui, petiq
ab illo obnixe, ut has quamprimū ad te pferendas
curaret. quod & illū effecturū non diffiteor,
si sese offerat occasio. Quod autē doctissimis tuis
ad me lris virtutē nescio quā meam et singularē
doctrinā prædicas, harū sane utramque potius in esse
mihi optem, quā in me esse reuera agnoscam.
Nā & Comentarij illi mei in Hippocr. librū de
septimestri & octimestri partu, ^quos tibi placere scribis, rudes sunt & ineptiarū
plen: Cuius gnīs est etiā liber ille, quē de anni
rone inscripsi: qui Geneuæ a Crispino in lucē
editus est. in quo exterarū et præcipuarū gentiū
anni rationē cū anno Ro. confero. Eiusdem esse
fariniæ comperias Comentarios meos in libros tres
Galeni de Dieb. Decretorijs, excusos Lugduni a
Guihel. Rouilio 1559. in quib. oīb. si bonas horas
collocare volueris, tantundē tibi tpis deperiisse
intellexeris. Ut mirer potius illos Comen. de Septi-

partu tibi probari, quā quod ignotus tuis me lris
compellas. Nā studiorū per lras coicatio nos ex ignotis
notissimos efficiet. Excusi ergo sut libri mei in
Gale. de dieb. Decre. qui si apud me adhuc delitere=
rent inexcusi, eos tñ ad te mittere si quo modo
fieri posset, non recusarem in reipub. vtilitatem
et vt desiderio tuo satisfacerem. Hos si quando legeris,
ecquid placuerint, facies me certiorem. Tentanda
vero scribendi mutuo erit via per Geneuā, que forte
erit comodior, si ad Henricū Stephanū typographū
tu tuas, ego meas lras direxero. Is n. qua est huma=
nitate lras inuicem nras nobis coicabit. Si tuas
de dieb. decretorijs sententias aliqn publicaris,
eas plegere (quam) aliqn erit volupe mihi.
Quid mō scribā paucis accipe. Ætas quietem
postulat (sexagesimū n. tertiū ætatis annū ago)
tū, quod mihi tpus ab ægrotis liberū datur Galeni
lectioni impendo: In cuius libros tā grecos quam
Latinos castigationes paro. Confero scilicet Basilien.
codices grecos cū venetianis, varias lectiones obseruo,
tū meū iudicium interpono: ex veteri et recentibus
interpp. Itaq. quatuor tomos primos pauri ~~[illegible]~~ in
volumen obseruationes coniecj. que prodibunt si typogra=
phus reperiri poterit, qui id muneris suscipiat. Nam
typographia in nra Gallia (his tporibus) iacet. Hec equum
consensurus ad te scripsi. Nonis Decēb. 1576.
Hedue in Ducatu Burgundię.

In extremo fine lib. (mei De anni Ratione) ~~mei De decr. pag.~~ comperies duas (meas) castig. in loca
Duo Galeni corruptiss. quorū alter est tomo Gale. 2 pag. Basilien.
cod. 347 li. 41 et 55. alter eod. tomo pag. eadē li. 55. Ex his
colligere poteris quales reliquę futurę sint meæ in totū Galeni opus
castig.es prior locus sic se h(abe)t ἐν ἀρχῇ τε καθ' ἑαυτὴν [illegible]

hanc lectionem utraque cod. habet Venetian. dico et Basil. Emendo ego ἐν ἀρχῇ τοῦ καθ' αὐτοὺς περιτίου μηνὸς, idest, In principio mensis secundum ipsos [Macedonas scilicet, nam de macedonum mensibus Galeno hic sermo est] Peritij: nam Peritius mensis est macedonum XI. Decembri nostro fere respondens, cuius initio perinde ut nostri Decemb. bruma contingit ut hoc ipso loco notat Galenus. Interpretes Herman. Crusse. et Vasseus sensum non assecuti verba greca retinuerunt dixeruntque initio mensis καθ' ἑαυτοὺς περίτου appellati. De hoc mense diximus in lib. nostro de anni ratione Geneuae apud Crispinum impresso 1571: una cum lib. de sept. et oct. partu.

Ead. pag. Basilien. cod. li. 55. tomi Greci ε.

καὶ τεσσάρων δ' οὕτως ἄγει. Sic puto legi oportere ab linea 54 αἱ πάλιν γίνονται ε καὶ ξ καὶ τ. καὶ προσέτι τετάρτης ἡμέρας μιᾶς. καὶ τεσσάρων δ' οὕτως ἀριθμηθέντων ἐν τῷ δ. τὸν δεύτερον (male autem ibi legitur τὸν τρίτον) ποιεῖ ἡ καὶ κ ἡμερῶν. ἵνα ἕκαστος etc. ut τὸν δεύτερον μῆνα idest Februarium quarto quoque anno apud Latinos (de mensib. enim Ro. loquitur) dierum esse dicat ἡ καὶ κ. idest 29. post ἡμέρας μιᾶς. addendum censeo τέταρτος δ' ἕκαστος ἡμερῶν γίνεται τ. ξ. ς. τοῦτο δὲ χρὴ συνιέναι et cet. ut sit. quartus vero quisque annus dierum sit trecentorum sexaginta sex. alioqui non bene calluisse rationem anni Ro. Galenum fateri necesse sit.

D. plateanus medicus vestras, dum hac iter in comitatum D. ab Holplot faceret, adijt ~~[illegible]~~ aedes meas, inuisit et salutauit. Hunc Witembergensem esse credo. Si tibi is notus est, et ad eum forte scribis, hunc meo nomine saluere iubebis. nam percharam cuius ego eius visitationem habui. et ~~[illegible]~~ quod unum exemplar habebam de septi. partu, D.D. Vale mi Domine. Per Geneuam has ad te. 3 Idus Decemb. nam rure reuersus hec addidi quae addita esse vides.

~~Heidem~~ Heidelbergam
v. calend. Ianu.
1570

Lectissimo viro et doctrina
conspicuo D. Erasto in schola
Heidelbergensi medicinae professori
clariss. D. suo colendiss.

D. Henrico Stephano S.
Peto a te mi Dñe, vt in meam gratiam
has literas bona fide Heidelbergam
mittendas, si quo modo fieri
possit, cures. Ego aliquando par
pari.

Lalamantius.

...erno,
...ius